Kl. 62, 57.
Kal. I, 800
10
×2002934
Xa 4547

# EXAMEN
## ETHICO-POLITICUM
*ILLUSTRISSIMI AC CELSISSIMI*
DOMINI
# CHRISTIANI,
S. Mersel. Hübn. Tab. 170.
Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ ac
Montaniæ, &c.
annum ætatis octavum agentis *nat. 19. Nov. 1653.*

Cum

IOHANNE FRIDERICO
nec non
VVILHELMO LUDOVICO

} à Haarſtall, ſuis condiſcipulis & ſatellitibus nobil. humillimis.

In honorem ſui Ieſuli recens nati inſtitutum ac ſine hæſitatione, cum geſtibus materiæ convenientiſſimis, in Præſentia

*ILLVSTRISSIMORVM PARENTVM,*
*Conſiliariorum, Eccleſiaſticorum ac turbæ aul.*
*clarè & diſtinctè memoriter recitatum, die*
*24. Decembr.*
ANNO CHRISTI M. DC. LXI.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

(* ⁂ *)

CElsissime Princeps; libet mihi in exordio nostri examinis tecum paulisper confabulari ex nostris colloquiis Helvici. Wilh. Ludv.

Qvid, mi Wilhelme? Nam nihil mihi accidere potest svavius, qvàm te audire. Princ. Chr.

*W.* Hic tuus canis Ruscio, qvem vides, estne bestia an homo?

P. Bestia, ut puto.

*W.* Quid tu habes, cur sis homo, non ille? Tu edis, bibis, dormis, ambulas, cursitas, lusitas: hæc ille omnia. Insuper etiam lauti & delicati cibi cupidus, se se in posteriores pedes erigit, caudâque tibi adulatur; In qvo morionibus & Sycophantis, nostræ & aliarum aularum assecl is non latum ungvem, ut dicitur, cedit.

*P.* Atqvi ego sum homo. *W.* Qvomodo id cognoscis? Qvid nunc habes plùs, qvàm canis? *P.* Ego loqvi possum, ille neqvaqvam. *W.* rectè, sed unde est tibi loqvendi facultas, qua ille destituitur? *P.* Nescio, nisi illa sit à ratione. *W.* vides ergò, te nondum accuratè nosse, qvid tute sis, & qvomodo à bestia differas. *P.* unde igitur id cognoscam? *W.* Si obtemperabis, faxo Præceptoris ope, ut non solum hoc, sed & plurima alia, tàm cœlestia, quàm elementaria, conspicua, & incon-

ſpicua, mirabili cum jucunditate cognoſcas, & multis aliis hominibus, nõ tantùm ſcientiâ, ſed etiam morum elegantiâ & vitæ ratione, virtutemque ornamento præſtes:

*P.* obſecrò mi VVilhelme, efficeid primo quoque tempore. *W.* Fiet, ſi eas, quo eunt beſtiis ſimiles, redeunt culti homines. *P.* Ah, in me nulla erit ad tantam rem mora, eò jam dudum abhinc triennio, & quod excurrit, me contuli. *W.* Deus omnis bonæ diſciplinæ fautor & autor ita fortunet & ſecundet incœptum, ut omnia in ejus gloriam, Illuſtriſſimorum Parentum gaudium, & Tui, ſubditorumque ſalutem vergant.

Princ. Chr. *Quia ſaltem ſimpliciter ex tuis colloquiis Helvici ad quæſtionem de hominis præcellentia & prærogativa reſpondiſti, libet jam paulò accuratiùs percontari ex Orbe ſenſualium Picto Comenii, de hominis anima, ejusque facultate.*

Anima eſt corporis vita, una in toto: Tantum vegetativa, in plantis; Simul ſenſitiva, in animalibus; Etiam rationalis, in homine, in quo omnes concurrunt. Hæc nimirum rationalis, conſiſtit in tribus: Primò, in mente ſive intellectu, quo homo cognoſcit & intelligit, bonum ac malum, vel verum, vel apparens;

Deinde, in voluntate, quâ eligit, & concupiſcit, aut rejicit, & averſatur cognitum;

Tertiò, in animo, quo proſequitur bonum electum, vel fugit malum rejectum.

Hinc oritur ſpes, & timor, in cupidine, & averſatione. Hinc eſt etiam amor, & gaudium, in fruitione: Sed ira ac dolor in paſſione.

Wilh. Ludv. *Quidnam eſt Scientia?*

Princ. Chr. Eſt vera cognitio rei.

*Quid*

*Quid error?* Wilh. Ludv. Princ. Chr.

Est falsa cognitio rei.

*Quid opinio & suspicio?* Wilh. Ludv. Princ. Chr.

Est debilis cognitio rei.

*Multa cum de hominis excellentia dicta sint; Interroganti ex officiis Ciceronis respondeas velim, an bestiis sint quædam communia cum homine?*

Wilh. Ludv.

Maximè. Principiò generi animantium omni est à natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetq; ea, quæ nocitura videantur, omniaque quæ sint ad vivendum necessaria, inquirat & paret, ut pastum ut latibula, ut alia ejusdem generis. Commune item animantium omnium est conjunctionis appetitus procreandi causâ, & cura quædam eorum, quæ procreata sunt. Sed inter hominem & beluam hoc maximè interest, quod hæc tantùm, quantum sensu movetur, ad id solum quod adest, quodque præsens est, se accommodat, paululum admodum sentiens præteritum aut futurum; HOMO autem, qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia & causas rerum videt, earumque progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque præsentibus adjungit atque annectit futuras, facile totius vitæ cursum videt, adque eam degendam præparat res necessarias.

Ex his verbis apparet satis excellentia hominis præ cæteris animantibus, cujus illa vis naturæ & rationis non est parva, quod unum hoc animal sentit, quid sit, quod deceat in factis, dictisque, qui modus.

Quibus de causis meritò homo, omnium animantium felicissimus deprædicandus esset, nisi ipse caligi-

nem ſuis oculis offunderet, illudque rationis lumen, gratiosè à Deo conceſſum, ſuâ intemperantiâ, aliisque vitiis fœdè obſcuraret.

*Quid de ſenſibus externis & internis humani corporis legiſti?*

Princ. Chr. Externi ſenſus ſunt quinque, etiam brutis communes. Oculus videt colores, quid album, vel atrum, viride vel cœruleum, rubrum aut luteum ſit.

Auris audit ſonos, tâm naturales, voces & verba, quàm artificiales, tonos muſicos.

Naſus olfacit odores & fœtores.

Lingua cum palato guſtat ſapores: Quid dulce, aut amarum, acre aut acidum, acerbum aut auſterum, Manus dignoſcit, tangendo rerum quantitatem & qualitatem; calidum & frigidum; humidum & ſiccum; durum & molle; læve & aſperum, grave & leve.

*Senſus interni ſunt tres.*

Senſus communis ſub ſincipite, apprehendit à ſenſibus externis res perceptas.

Phantaſia ſub vertice, dijudicat resiſtas, cogitat, ſomniat.

Memoria ſub occipitio, ſingula recondit, & depromit: Quædam deperdit; Et hoc eſt oblivio. Somnus eſt requies ſenſuum.

*Hæc de animæ facultate cum fuerint dicta, fac ex te audiam etiam quædam de corpore?*

Wilh. Ludv. In corpore ſunt, cutis, cum membranis, caro cum muſculis, canales, cartilagines, oſſa & viſcera.

Detractâ cute, apparet caro, non continua maſſa, ſed diſtributa, tanquam in farcimina: quod muſculos vocamus, quorum numerantur quadringenti quinque, canales ſpirituum, ad movendum membra. Viſcera ſunt

interna

interna membra: Ut, in capite, cerebrum, circundatum cranio.

In pectore cor & pulmo qui respirat.

In ventre ventriculus, & intestina, omento obducta; jecur (hepar) & à sinistro ei oppositus lien; duo renes, cum vesica.

Pectus à ventre dividitur crassa membranâ, quæ vocatur diaphragma.

Canales corporis sunt: Venæ; quæ sangvinem ex hepate; Arteriæ, quæ calorem & vitam, è corde; Nervi, qui sensum & motum à cerebro per corpus deferunt.

Hæc tria invenis ubiqúe sociata. Porrò, ab ore est gula, via cibi ac potus in ventriculum; Et juxta hanc ad pulmonem guttur, pro respiratione; à ventriculo ad anum, est colum ad excernendum excrementum; ab Hepate ad vesicam, ureter ad urinam reddendam, salvô honore & libertate dicendi.

Ossa sunt: In capite, calvaria, duæ maxillæ, cum triginta duobus dentibus.

Tùm, spina dorsi, columna corporis, constans ex triginta quatùor vertebris, ut corpus se flectere queat; costæ, quarum viginti quatuor! Os pectoris, duæ scapulæ, os sessibuli, lacerti & ulnæ, tibiæ, anterior fibula & posteriór fibula. Ossa manus, sunt triginta quatuor, pedis triginta, In ossibus est medulla.

*Reliquas corporis partes, quas didici, pluribus persequi, impedit angustia temporis.*

Antequam ex officiis Ciceronis plura in medium profe- Johan. Frid.
renda excerpas, succinctè eorum usum monstres. Usus
est hic, ut intelligere discam: quid Honestum, quid tur-
pe sit:

pe'fit: quid noceat, quid expediat: Et in omnibus sermonibus, dictis, factis, cogitatione, gestu, actione, honestatem ipsam & vitâ & moribus exprimere: turpitudinem morte acerbiorem ducere; falsamque utilitatis speciem & voluptatem magno animo contemnere; Et hæc omnia non in ore, sed in pectore gestare.

Insuper Cicero statuit, homines habere quædam semina, & virtutis igniculos à natura datos: ex quibus conflatur Honestum quod est secundum naturam. Illud Honestum dividitur in quatuor partes, Prudentiam, Justitiam, Fortitudinem & Temperantiam. Quæ sunt magnæ & veræ virtutes, imò fontes omnium virtutum, quia ex ratione oriuntur, quâ nihil in homine est divinius;

Johan.Frid. *Cum homines hominibus plurimum obesse vel prodesse secundum Deum arbitrantur, quæritur, quô pactô homines nobis conciliare & ad usus nostros adjungere possumus?*

Virtute, quæ consistit aut in perspicientia veri, aut in animi motus & appetitus cohibitione, aut in moderato & vero usu hominum. Inde fit, ut quicquid homo homini tribuit ad eum augendum vel honestandum, id proficiscatur aut ex benevolentia, aut fide, aut honore, aut liberalitate.

Quanta verò vis & efficacia insit benevolentiæ, è contrario quantum periculum metui, patet ex his verbis Ciceronis; quæ nemo non aliis præfuturus quàm diligentissimè attendat: Rerum omnium nec apertius est quicquam ad opes tuendas, quàm diligi: nec alienius quàm timeri. Ut præclarè Ennius: Quem metuunt oderunt: quem quisque odit, perisse expetit. Nec

ulla

ulla vis imperii tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna. Insuper accedit, ut qui se metui volent, à quibus metuuntur, eosdem metuant ipsi necesse est. Exemplo Alexandri Pheræi; qui etsi uxoris amantissimus, tamen de vita metuens præmisit, qui arculas muliebres perscrutarentur, & ne quod telum in vestimentis occultaretur, exquirerent. Qvid Dionysius? ille cultros tonsorios metuens, candente carbone sibi adussit capillum. Quid Phalaris Agrigentinus? cujus præter cæteros nobilitata est crudelitas. Quid Macedones? Nonne Demetrium derelinquentes se ad Pyrrhum contulerunt? Quid Cæsar & Sylla? qui omnes, dum potiùs metui, quàm diligi studuerunt, nonne optimam imperandi & vivendi disciplinam sustulerunt? Cumitaque hi omnes malum vitæ exitum sortiti fuerint, manet inconcussum, quod metus sit malus custos diuturnitatis. E contra benevolentia fidelis vel ad perpetuitatem; quâ nobis etiam aditus patet ad multitudinem ut in universorum animos tanquam influere possimus; Et quidem triplici modo: 1. beneficiis. 2. benefica voluntate, si res fortè aliunde non suppetat, & 3. fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, justitiæ, fidei, omniumque earum virtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem morum & facilitatem: ut puta clementiam ac placabilitatem, quâ nihil laudabilius, nihil magno & præclaro homine dignius.

*Velim hic Italice cites opinionem tui Politici Guazzij?* Johan. Frid.

Ella si puo conseguire primieramente da gli assenti, facendo di loro honorata mentione nel cospetto altrui, perche si come il lodar il presente non e senza sospetto d' adulatione, è di proprio interesse, cosi il lodar l' assente, da segno di sincero amore, & di sano giudicio, & mette il loda-

to in buon opinione degli aſcoltanti, onde egli riſa pendolo, gliene ſente obligo & ſi diſpone ad amarlo, & a tenerſelo per caro. Queſta benivolenza ſi riceue poi da preſenti, uſando quell' iſtromento, colquale rapiſcono l' anime dai cuori, dico l' affabilita. Et certamente conniuna parte ci diſcoſtiamo più dalla natura humana, che con la rigidezza. Et ſi uede manifeſtamente che queſti colli ritti, queſti uiſi arcigni, & queſti nuovi Catoni. ſono in abominatione â tutti, in modo che quando ſe ne uede alcuno, ſi ſi ritira da Luy, come ſi farebbe ſe ſi uedeſſe paſſare appreſſo un portatore carico di ſpine, & doue queſti pensano d' eſſere riputati per non rider mai, per increſpare la fronte, per oſcurare gli ochi, per far il viso dell' arme, & per dare aſciutte riſpoſte, ſi fanno ſcorger perſuperbi, & inhumani, & con la loro ſuperbia ſono odioſi à gli iſteſſi ſuperbi.

Wilh. Ludv. *Ergò rarò vel nunquam animadverſio aut caſtigatio eſt adhibenda?*

Maximè; Si modò contumelia vacet, eaque non ad caſtigantis, ſed ad Reip. utilitatem referatur. Nam manſuetudo & clementia eſt probanda ita, ut adhibeatur Reipublicæ causâ ſeveritas, ſine qua adminiſtrari Reſpublica non poteſt.

Princ. Chr. *Quid potiſſimum in puniendo prohibendum?*

Ira, nunquam enim iratus quiaccedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimium & parum Cavendum etiam, ne major pœna quam culpa ſit; & ne iisdem de cauſis alii plectantur, alii ne appellentur quidem.

*Quid-*

*Quidnam impedit quo minus quidam appellentur?* Wilh. Ludv.

Consanguinitas, amicitia & corruptio judicis, & quæ id genus aliæ sunt causæ concurrentes, quæ instar nebulæ prætorum oculos & animos ita obfuscant, ut eos in legitimis causis decidendis cœciores talpis reddant.

*Quid statuendum de judicibus munera affectantibus?* Johan. Frid.

Saniorum judicio non figuratè, sed explanatè captiosi fures proclamandi; quia non erubescunt alienam in suam rem convertere. Nam si qvis habet causam justam, eam ratione officii & juramenti præstiti tenentur judices defendere; Sin autem injustam, cur illam per corruptiones, vel nimis callidam & malitiosam juris interpretationem justam proclamant.

Hîc si Cambysis Regis Cyri Persarum filii unicum laude dignum factum attenderent, suorum commodorum obliti, justiùs & æquiùs decernerent. Qui, teste Herodoto, Præsidem Sisamnem, quod pecuniâ corruptus injustam sententiam tulerat, interficit, ejusque cutem toti corpori detractam tribunali insterni jussit. Paulò post filium Sisamnis Otanem in ea sede collocatum, jussit subindè exuvias patris intuentem justè judicare, ne simili supliciô afficeretur.

*Quam opinionem tuus GUAZZIUS de judicibus fovet:* Johan. Frid.

In Thebe l' imagini de' giudici furono, senza mani, & con gli ochij bassi: pereioche la giustitia non si deue lasciar corrompere da' doni, nè piegar dal voto gli huomini. Et Bione diceua che al buon giudice conuiene partirsi dell' ufficio suo con più acquisto di buona fama, che di richezza.

Wilh. Ludv. *Quis ergò justitiæ famâ præcæteris viris illustribus ex tua lectione Cornelii Nepotis elucet?*

Aristides, qui adeò excelluit abstinentiâ, ut unus post hominum memoriam cognomine justus sit appellatus; quantaque fuerit abstinentiâ, nullum est certius indicium, quàm quod, cum tantis rebus præfuisset, in tanta paupertate decessit, ut qui efferretur, vix reliquerit. Quo factum est, ut filiæ ejus publicè alerentur, & de communi ærario doribus datis collocarentur.

Wilh. Ludv. *Habesne etiam adhuc exemplum æquitatis in eodem authore?*

Imò, & quidem de persona Pittaci, qui septem sapientum numero est habitus; cum ei Mitylenæi multa millia jugerum agri muneri darent, Nolite, rogo vos, inquit, mihi dare, quod malti invideant, plures etiam concupiscant. Quare ex istis nolo ampliùs, quam centum jugera, quæ & meam animi æquitatem & vestram voluntatem indicent. Nam parva munera, diutina: Locupletia, non propria esse consueverunt.

Princ. Chr. *Quam virtutem censes proximè attingere naturam humanam?*

Prudentiam; quia omnes trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem: In qua excellere pulchrum putamus. Labi, autem, errare, nescire, & decipi & malum & turpe ducimus. Idcircò jure laudabitur quicquid in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæque ponetur. E contrario vituperantur ii, qui nimis magnum studium, multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt, easdemque non necessarias.

Quænam

*Quænam sunt opera magni animi, prudentiâ consilioq; fidentis?* Princ. Chr.

Præcipere cogitatione futura, & aliquantò ante constituere, quid accidere possit in utramque partem; Et quid agendum sit, cum quid evenerit; nec committere aliquid, ut aliquando dicendum sit NON PUTARAM

*Definias quæso Prudentiam ex verbis Ciceronis?* Wilh. Ludv.

Est honestum, quod in perspicientia veri, solertiaque versatur. Indagatio itaque atque inuentio veri dum est proprium prudentiæ; Is prudentissimus ritè haberi soiet; qui acutissimè, & celerrimè potest & videre & explicare rationem.

*Quidnam huic cupiditati videndi veri adjunctum est?* Johan. Frid.

Appetitio quædam principatus, ut nemini parere animus benè à natura informatus velit, nisi præcipienti, aut docenti, aut utilitatis causâ justè, aut legitimè imperanti. Ex quo nascitur etiam magnitudo animi, humanarumque rerum contemptio.

*Exemplum appetitionis Principatus da in excessu?* Johan. Frid.

Illud patet ex reprehensoria Legati Scytharum, Alexandrum, totum fermè mundum victoriarum cursu emensum, ad Scytharumque pecora tandem insatiabiles manus etiam porrigentem, huncin modum alloquentis: Si Dii habitum corporis tui, aviditati animi parem voluissent, orbis te non caperet. Altera manu orientem, altera occidentem contingeres. Et hoc assecutus, scire velles, ubi tanti numinis fulgor conderetur. Sic quoque con-

concupiſcis, quæ non capis. Ab Europa petis Aſiam? Ex Aſia tranſis in Europam. Deinde, ſi humanum genus omne ſuperaveris, cum ſylvis, & nivibus, & fluminibus, ferisque beſtiis geſturus es bellum. Quid tu? ignoras, arbores magnas diu creſcere, unâ horâ extirpari? Stultus eſt, qui fructus earum ſpectat, altitudinem non metitur. Vide, ne dum ad cacumen pervenire contendis, cum ipſis ramis, quos comprehenderis, decidas. Leo quoque aliquando minimarum avium pabulum fuit, & ferrum rubigo conſumit. Nihil tàm firmum eſt, cui periculum non ſit, etiam ab invalido. Quid tibi divitiis opus eſt, quæ te eſurire cogunt? Primus omnium ſatietate parâſti famem, ut quo plura haberes, acrius, quæ non habes, cuperes. Bellum tibi ex victoria naſcitur. Proinde fortunam tuam preſſis manibus tene: Lubrica eſt, nec in vita teneri poteſt: Impone felicitati tuæ frænos, facilius illam reges. Noſtri ſine pedibus dicunt eſſe fortunam, quæ manus & pinnas tantum habet, cum manus porrigit, pinnas quoque comprehendere non ſinit. Denique ſi Deus es, tribuere mortalibus beneficia debes, non ſua eripere. Sin autem homo es: id quod es, ſemper eſſe te cogita. Videntur itaque Scythæ in ultimo penè rerum humanarum termino relegati, à natura optimè informati; Dum Alexandro totius mundi monarchiam anhelanti intrepido animo in faciem dicunt: Quid nobis tecum eſt? nunquam tuam terram attegimus. Qui ſis, unde venias, licet ne ignorare in vaſtis ſylvis viventibus? Nec ſervire ulli poſſumus, nec imperare deſideramus. Nam ut fortior majorque ſis quam quisquam; tamen alienigenam dominum nemo pati vult. Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris uti. Nam & firmiſſima inter pares amicitia: Et videntur pares, qui non

fecerunt

fecerunt inter se periculum virium. Quos viceris, amicos tibi esse cave credas. Inter dominum & servum nulla amicitia est: etiam in pace, belli tamen jura servantur.

*Quos pro prudentibus habere solemus?* Princ. Chr.

Quos plus intelligere, quàm nos arbitramur; quosque & futura prospicere credimus, &, cum res agatur, in discrimenque ventum sit, expedire rem, & consilium ex tempore, seu in arena capere posse. Cujusmodi exempla in aliis authoribus conquirere non opus, quia in mea lectione Cornelii Nepotis occurrit Themistocles, sine quo (secundum verba Autoris) nulla res major gerebatur, quia celeriter, quæ opus erant, reperiebat. Neq; minus in rebus gerendis promtus, quàm excogitandis, erat: Quod & de instantibus verisimè judicabat, & de futuris callidissimè conjiciebat. Cujus prudentia se inprimis exeruit in explicatione responsi Oraculi Delphici. Cum intelligeret nemo, quid sibi vellent hæc oraculi verba: Ligneis muris se munire; Themistocles persuasit; consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent, cum à Deo significari murum ligneum. Nec prætereundem hîc est callidum & prudens consilium Themistoclis, in constitutione triplicis portus Pircæi, nec non in restitutione murorum Athenensium, quos muros adeò tectè & callidè restrui curavit; ut brevi tempore Athenæ servitute Lacedæmoniorum oppressæ, se in libertatem, & quidem magno prætextu juris vindicarint. Nam cum à collegis Athenis adventantibus Themistocles percepisset, altitudinem muri satis in defensionem civitatis esse evectam; Senatum Lacedæmoniorum adiit, & apud eos liberrimè professus est: Athenienses suo consilio, quod communi jure gentium

Wilh. Ludv.

face

facere possent, Deos publicos, suosque patrios ac penates, quo faciliùs ab hoste possent defendere, muris sepsisse, neque eò, quod inutile esset Græciæ, feciſſe. Nam illorum urbem ut propugnaculum oppositum esse barbaris, apud quam jam bis classem regiam feciſſe naufragium. Lacedæmonios autem malè & injustè facere, qui id potiùs intuerentur, quod ipsorum dominationi, quam quod universæ Græciæ utile esset. Quare si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se priùs remitterent.

Princ. Chr. *Cum & eo nomine dispensator iniquitatis prudenter feciſſe dicatur, quid de ejus prudentiâ statuis?*

Nihil boni, Nam quorum prudentia cum justitia conjuncta non est, iis vix fidem habemus, prudentia sine justitia nihil valet ad faciendam fidem. Et quo quis est versutior & callidior hoc invisior & suspectior, detracta opinione justitiæ & probitatis, cum nulla capitalior pestis sit, quam eorum, qui tum, cùm maximè fallunt; id agunt, ut boni viri esse videantur.

Johan. Frid. *A quibus ejusmodi vulpes rectè possunt dignosci?*

Non à simplicibus, sed ab iis, qui etiam ex parvis delictis magna colligunt; secundum Ciceronem: Quæ parva videntur esse delicta, neque à multis intelligi possunt, ab his diligentius est declinandum, ut in fidibus, aut in tibiis, quamvis paulum discrepent, tamen id à sciente animadverti solet. Itaque sic vivendum est in vita, ne fortè quid discrepet; Vel multò etiam magis, quo major, & melior actionum, quàm sonorum, concentus est. Itaque, ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt;

tiunt: Sic nos, si acres ac diligentes judices esse volumus, animadversoresque vitiorum, magna intelligimus sæpe ex parvis; Ex oculorum obtutu, superciliorum aut remissione, aut contractione, ex mœstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex summissione; ex cæteris similibus facilè judicabimus, quid aptè eorum fiat quid ab officio, naturaque discreper.

*Suntne simplices saltem admonendi, ut ab ejusmodi vulpibus sibi caveant?* Princ. Chr.

Non hi saltem, sed etiam graviores cõstantioresq; admonendi sunt; ut animadvertant, ne callidâ assentatione capiantur: Apertè enim adulantẽ nemo non videt, nisi qui admodum est excors: Callidus ille, & occultus ne se insinuet, studiosè cavendum est, nec enim facillimè agnoscitur, quippe qui adversando sæpè assentetur, & litigare se simulans blandiatur, atque ad extremum det manus, vinciique se patiatur, ut is, qui illusus sit, plus viciisse videatur.

*Occurrunt ne ejusmodi versutiæ & detestandæ calliditatis exemplain tua lectione Curtii?* Johan. Frid.

Maximè: Imprimis Bessus, & Nabarzanes; quorum inauditi facinoris societate initâ, ultimus, regem legitimum Darium suo regno & vitâ spoliandi & exuendi cupidus, aditum nefariæ spei præparat, histechnis; dum inquit; Scio me sententiam esse dicturum prima specie haud quaquam auribus tuis gratam: Sed medici quoque graviores morbos asperis remediis curant: Et gubernator, ubi naufragium timet, jacturâ quicqnid servari potest, redimit. Ego tamen, non ut damnum quidem facias, suadeo; Sed ut te, ac regnum tuum, salubri ratione conserves, Diis aversis bellum inimus, & pertinax

fortnna Persas urgere non definit. Novis iuitiis & omnibus opus est. Auspicium & imperium alii trade interim, qui tamdiu Rex appelletur, donec Asia decedat hostis. Victor deinde regnum tibi reddat: Hoc autem brevi futurum ratio promittit. Bactra intacta sunt. Indi & Sagæ in tua potestate; tot populi, tot exercitus, tot equitum peditumque millia ad renovandum bellum vires paratas habent, ut major belli moles supersit, quàm exhausta sit. Quid ruimus belluarum ritu in perniciem non necessariam? Fortium virorum est, magis mortem contemnere, quàm odisse vitam. Sæpe tædio laboris ad vilitatem sui compelluntur ignavi: at virtus nihil inexpertum omittit. Itaque ultimum omnium mors est: ad quam non pigrè ire satis est. Proinde si Bactra, quod tutissimum receptaculum est, petimus, Præfectum regionis Bessum, Regem temporis gratiâ statuamus. Compositis rebus, justo Regi tibi fiduciarium restituet imperium. Haud mirum est, Darium non temperâsse animo: Quamquam tàm impiæ voci quantum nefas subesset, latebat. Itaque, Pessimum, inquit, mancipium, reperisti optatum tibi tempus, quo parricidium aperires? strictoque acinace interfecturus videbatur, ni propere Bessus Bactrianique, tristium specie, cæterum si perseveraret, vincturi, circumstetissent.

Nabarzanes interim candidus scilicet orator elapsus, mox & Bessus consecutus, copias quibus præerant, à cætero exercitu secedere jubent; Secretum & quidem nefandum consilium nimirum Regem occidendi inituri.

*Quô pactô vir prudens honorem consequi potest?*

Johan. Frid. Admiratione, ortâ ex virtutibus excellentibus & singularibus. Si voluptates blandissimas dominas, divitias,

vitias, mortem, vitam, paupertatem & id genus alia, quæ sæpe majores animi partes à virtute detorquent, despiciat; Si dulce lucrum, & corruptiones in judiciis, quæ vehementissimè prudentes permovere solent, cane & angue pejus, ut dici solet, evitet. Hoc cum in viro perspectum sit, ut neque divitiis, cupiditatum illecebris, neque paupertate frangatur, cum meritò etiam admiramur, veneramur, & tanquam igni spectatum arbitramur. Cujusmodi exemplum notatu dignissimum præbet nobis Manius Curius, de Samnitibus, de Sabinis & de Pyrrho triumphator. Nã cum superstites Samnites Romanorum imperium timẽtes legatos Romã ad sollicitandam pacem decernerent, cum mandatis ut omnium primò Curium, (in quo præcipua spes pacis) magno auri pondere, aliisque speciosis muneribus corrumpere & in sui benevolentiam trahere tentarent, quo, pacem iis apud Romanos procuraret, eò gratiorem. Curius ad focum sedens, rapasque ad esum præparans, ridibundus altà voce respondit eorum insidiosæ propositioni: Se non indigere eorum auro, dum rapis suis vesci valeret, seque malle imperium in homines aurum habentes, quam ipsum habere aurum.

## Wo finden wir ein Exemplarisches Leben und Wandel eines auffrichtigen Richters und Regenten in der H. Schrifft? Princ. Chr.

Im ersten Buch Samuelis am 12. In dem der Prophet Samuel gleichsam seine Valedictoriam hält an die murrenden und begierigen Kinder Israel nach einem Könige/ sagend: Ich bin alt und grau worden/ und meine Söhne sind bey euch/ und ich bin für euch hergegangen von meiner Jugend auf/ biß auf diesen Tag. Sihe/ hie bin ich/ antwortet wieder mich für dem HERRN und

seinen Gesalbten / ob ich iemands Ochsen oder Esel genommen habe? Ob ich iemand habe Gewalt oder Unrecht gethan? Ob ich von iemands Hand ein Geschenck genommen habe/ und mir die Augen blenden lassen? so wil ichs euch wiedergeben. Sie sprachen: Du hast uns keine Gewalt noch Unrecht gethan / und von niemands Hand etwas genommen. Er sprach zu ihnen: Der HERR sey Zeuge wieder euch/ und sein Gesalbter heutes Tages/ daß ihr nichts in meiner Hand funden habt. Sie sprachen: Ja Zeugen sollen sie seyn.

Princ. Chr. **Was treibet denn die Richter und Regenten ein solch ufrichtig unsträfflich Leben zu führen.**

GOttes des höchsten Richters Befehl/ in dem Er zu allen Richtern/ im andern Buch der Chronica am 19. saget: Sehet zu/ was ihr thut/ denn ihr haltet das Gerichte nicht den Menschen/ sondern dem HERRN / und Er ist mit euch im Gerichte. Darumb lasset die Furcht des HERRN bey euch seyn/ und hütet euch und thuts. Denn bey dem HERRN unsern GOTT ist kein Unrecht/ noch Ansehen der Person/ noch Annehmen des Geschenckes.

Wilh. Ludv. *Ergò Judices absolutè abstineant muneribus?*

Non absolutè, sed saltem ab iis, quæ ad corruptionem collimare, eorumque animos excœcare videntur. In muneribus verò recipiendis, & quidem ex benevolentia profectis, imitentur Pittacum illum numero septem sapientum, secundum Cornelium Neporem habitum; Cui cum Mitylenæi multa millia jugerum agri muneri darent, nolite, rogo vos, inquit, mihi dare, quod multi invideant, plures etiam concupiscant. Quare ex istis no-

lo am-

lo ampliùs, quàm centum jugera, quæ & meam animi æquitatem & vestram voluntatem indicent.

*Habes ne exemplum quod iniquos judices abiniquitate absterrere possit?* Johan. Frid.

Maximè, imprimis Sisamnis, pœnas suæ iniquitati propriâ cute persolventis, ut antè dictum.

Nam Cambyses, Cyri filius aliàs parùm laude dignus, ob factum unicum, utut inhumanum, laudatur; Quod nimirum Præsidem Sisamnem, ob injustam sententiam per corruptionem à se latam, interfecerit, ejusdemque cutem, toti corpori detractam, tribunali insterni jusserit; Qvo facto, Sisamnis filium Otanem in ea sede collocari voluerit, cum admonitione, ut patris exuvias subinde aspiciendo justiùs judicare disceret, ne simili supplicio afficeretur.

## Wo sollen Christliche Richter und Regenten sich sonderlich hinwenden nmb ein gutes/ GOtt und Menschen wohlgefälliges Regiment zuführen? Princ, Chr.

Zu der installation oder Bestallungs-Briefe/ so GOTT dem grossen Fürsten Josua ertheilet/ in dem Er sagte: Sey nur getrost und sehr freudig; daß du haltest und thust alle Dinge nach dem Gesetz/ das dir Mose mein Knecht geboten hat. Weiche nicht darvon/ weder zur Rechten noch zur Lincken / auf daß du weißlich handeln mögest in allen/ das du thun solt.

Und laß das Buch dieses Gesetzes nicht von deinem Munde kommen / sondern betrachte es Tag und Nacht/ auf daß du halten est und thust allerdinge nach dem/ das drinnen geschrieben stehet. Alsdenn wird dir ge-

lingen in allen/ das du thust / und wirst weißlich handeln können.

Siehe / ich habe dir gebothen / daß du getrost und freudig seyst/ laß dir nicht grauen/ und entsetze dich nicht/ denn der HERR dein GOTT ist mit dir in allen/ daß du thun wirst.

Johan.Frid. *Quomodo vir prudens honorem consecutum conservabit?*

Si se semper talem, qualis haberi velit, præstet, id est, si absit simulatio, & inanis ostentatio. Vera enim gloria radices agit: Ficta omnia celeriter decidunt: nec simulatum quicquam diuturnum. Quod explicat & confirmat exemplum Imperatoris Trajani dicentis: Talem præstabo Imperatorem privatis, qualem optarem ipse privatus. Insuper (proh dolor) longo usu comprobatum est; Ingenia moresque subditorum componi ad Principum mentem, omnemque ferè temporum inclinationem regnantium decus vel dedecus esse.

Princ. Chr. Wieredet Syrach hiervon in seinem zehenden Capitel?

Wie der Regent ist/ so sind auch seine Amptleuthe/ wie der Raht ist/ so sind auch die Bürger. Ein wüster König verderbet Land und Leute / wann aber die Gewaltigen klug sind/ so gedeyet die Stadt.

Vilh Ludv. *Vt jam pueri & adolescentes, omissis ad tempus iis quæ virorum sunt, etiam de Adolescentum studiis quædam moveamus; Quæritur, quâ ætatis parte, maxima cura adolescentibus incumbat?*

Incunte

Ineunte adolescentiâ, eâque pubescente. Nam id tempus à natura ad diligendum, quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est; Imò in ea ætate adolescentes constituant, quos, & quales esse velint, & in quo genere vitæ; quæ deliberatio omnium est difficillima. Isti ætati, etiamsi maxima imbecillitas consilii insit, tamen quisque id sibi genus degendæ ætatis constituere tenetur, quod maximè adamavit. Quem in finem Atheniensium pueri, qui ad pubertatem perveniissent, in publicum producebantur, ibique propositis singularum artium instrumentis interrogabantur, quibus delectarentur, ad quarum nullas invitâ Minervâ admovebantur.

*Estne etiam in Principum potestate sibi certum genus vivendi eligere?* Princ. Chr.

Minimè. Nam princeps qualis qualis nascatur, ad imperatorias ac Reipubl. gubernandæ artes, velit nolit, animum flectere cogitur; & etiamsi fortè naturali indole, ad privatum aliquod vitæ genus accommodatior sit, sæpe tamen renitente naturâ ad militiam, publicaque negotia administranda compellendus est.

*Ut hæc paulò perspicujus reddantur, quæritur circa quid versentur Principis studia?* Princ Chr.

Imprimis circa timorem Dei, pietatem tàm in Deum, quàm in Remp. circa gubernaculum populi, leges, judicia, militiam, belli pacisque artes, circa clementiam, amorem in suos, circa curam & sollicitudinem publicam, circa ditionum suarum naturam & mores. His accedit etiam, ut habeat ingeniorum cognitionem, ministrorum, consiliariorum & officialium delectum, & adversus assentatores, aularum assecclas antidotum, tanquam contra pestem, præsentissimam.

*Velim*

Johan.Frid. *Velim hic Italice autoris tui judicium addas?*

Tra tutte le lettioni, che sono accommodate al Prencipe vi è particolarmente quella, che ragiona del Principe, & perciò Demetrio essortò Tolomeo che leggesse molti libri appartinenti al regnare, perche quiui trouarebbe molte cose, lequali suoi suditti non ardiuano di dirgli. Perche non hauendo il Prencipe la scienza delle lettere, è costretto di procedere bestialmẽte nel suo gouerno, concioſia, che secondo il detto del filosofo, l'ignoranza congiunta alla possanza partorisce insania, ò di rimettersi in tutto, comme fanciullo, alla discretione altrui. si come fece Galba, il quale, tutto che non fusse priuo di scienza, si diede in preda à tre ministri chiamati volgarmente i pedanti di Galba, iquali lo fecero diuenire scelerato, & furono cagione della sua ruina. Di qui si trahe, che si come fa male quel Prencipe, che uiue di suo capo, & senza consiglio, cosi fa poco bene quel, che in tutto si lascia gouernare à Voglir altrui, & di patrone si fa seruo. Et forse che i ministri quando conoscono il signore cosi arrendeuole, & di buona pasta, non s'acordono da ingannarlo, & à uendere la sua riputatione, & à farne ogni stratio. Per questo si dice, che migliore è la Republica, doue il Prencipe è cattiuo, che quella doue gli amici, & ministri del Prencipe sono caittui. Hora se uogliamo venir considerando i diffetti del Prencipe, possiamo dire che ue ne sono duoi Principali, per le quali uiene facilmente à perdere l'honore, gli stati, la uita & l'anima insieme. Il ptimo è l'ignoranza, laquale ttasporta in molti errori. Et ueramente c'e grande abuso, che i Prencipi non habbiano cognitione delle buone lettere, & che si Vogliono seruire della ragione, che già addusse un

Impe-

ſmperadore, ilquale eſſendogli detto, che haueua parlato contra le regole della grammatica, riſpoſe che s'uno Imperadore era ſopra le leggi, poteua anco eſſere ſopra la grammatica. Ma egli moſtraua bene di non ſapere, che non vi ha coſa più giouevole, nè più ſicura alla conſeruatione de gli Imperii, & de' Regni, che la ſcienza, onde ben diſſe Dante

*Che fu Re, che chieſe ſenno,*
*Acciò che Rè ſufficiente fuſſe.*

Il ſecondo diffetto è l'auaritia, la quale come una uolta è entrata nel animo del Prencipe, non ui è alcuna indignità, crudeltà impietà, ò altra ſceleratezza, ch'ella non gli perſuada, in fino à uendere i magiſtrati, & la giuſtitia, & à fargli bruttare le mani nel vil guadagno dalcune coſe le quali ſarebbono vergognoſe in qual ſi voglia priuato, & à cercare, & premiare i begli ingegni, che s'aſſottigliano nel trouare, & proporre nuove estorſioni, & ad honeſtarle con qualche gratioſo titolo; onde conqueſto animo inſatiabile è ſempre riuolto à procurare (ſi come diſſe un gentile ſpirito) che la milza s'ingraſſi nel corpo ſmagrato, cio è che'l fiſco ſi riempia, & ſi uoti, & conſumi il paeſe: dal qual vitio ne ſegue, ch'egli vivendo ſempre miſero & pieno di ſoſpetto, & con la ſpada pendente ſopra il capo, viene à leuare ad untratto à ſuddIti la libertà, à ſe ſteſſo la ſicurezza, ad ambi due la quiete. Fugga dunque il Prencipe l'auaritia metropoli di tutte le ſceleratezze, & per non laſciare albergare coſi vile, & indegno hoſpite in caſa ſua, deponga la perſona priuata, & ſi veſta la publica, hauendo tutto il ſuo penſiero riuolto al beneficio de' ſuoi popoli. Et ſi ricordi il detto d'Agathone che'l Prencipe deue imprimerſi tre coſe nella memoria, la prima che'i ſignoreggi huomini,

ppresso di signoreggiar secondo le leggi, la terza che l'imperio suo non è perpetuo.

Princ. Chr. *Cur tandem Princeps impensiùs, quàm privatus virtuti incumbere tenetur?*

Hujus quæstionis ratio, etiam me tacente, à plurimis reddi posset; nihilominus statuo Primò: quo pluribus quem sapere oportet, hoc magis eruditum esse convenit. Nullis bonis artibus carere debet, qui se ad imperandum natum esse arbitratur, nempe ut Deo pariter gratus & hominibus salutaris sit. Alfonsus Rex Arragonum, cùm audiret quendam contendentem non decere Principem literas, dicitur, exclamâsse: Eam bovis vocem esse, non hominis. Secundò; Quod omnium oculi in hunc, tanquam Policleti statuam, conjiciuntur, atque in eo, quid agat, quemadmodum vivat, anquiritur; & tanquam in clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest, nec dictum ejus esse, nec factum. Inde Vegetius graviter dixit: Neminem plura vel meliora scire debere, quàm Principem, cujus doctrina omnibus prosit subjectis. Tertiò; proprio virtutis seu diligentiæ exemplo, ad pares virtutes instigat privatos. Secundum proverbium.

*Ad Regis exemplum totus componitur orbis.*

Inde constat, Principum eruditionem & doctrinam esse lumen vitæ. Nemo sapiens nascitur, omnibus pueris stultitia agnata est, quam institutione corrigere necesse sit. Heroica ingenia, utut per se, & naturâ acres impetus habeant; tamen sæpè aberrant, nisi regantur.

Wilh. Ludv. *Nullosne censes principes laude dignos unquam sine doctrina extitisse? Perquam multi;*

Cicero

Cicero ipſe fatetur, multos homines excellenti animô & virtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu prope divino, per ſe ipſos & moderatos & graves exſtitiſſe, tamen, ſi ad naturam eximiam, atque illuſtrem accedat ratio quædam, conformatioque doctrinæ, ncícit, quid tùm præclariùs ac magis ſingulare exiſtere poſſit. Cicero & hoc addit, qvod fortis animus, & magnus in homine non perfecto, nec ſapiente fervcntior plerumque ſit. Quod diſciplinæ & literæ ejusmodi animos non veluti transmutent, feroces mitigent, humanitatemque inducant, extra dubium eſt; Secundum Poëtam:

*— — — — — didiciſſe fideliter artes,*
*Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.*

Si nullum aliud majus donum, Muſarum bonitati, gratum & acceptum Principes ferre qucant, hoc ſufficeret. Ex moribus emollitis & mitigatis emergit etiam clemẽtia & placabilitas; Quâ nihil laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius. A quâ cum Principes dicantur Clementiſſimi; quàm maximè eam etiam exerceant in eos, qui imprudentiâ potiùs peccant, quàm dolo ſeu data operâ.

Clementiæ eſt moderari pœnas eorum, qui ſanabiles ſunt: Sin inſanabiles, eos tanquam deplorata membra, ne alios inficiant, è medio tollere. Clementiæ etiam eſt, patienter audire ſubditorum querelas, neminem triſtem, ſi quà fieri poſſit à facie Principis dimittere. Quod paucis abſolvit Salomo in ſuis Proverbiis 20. Thronus Regis fulcitur clementiâ. Princ. Chr.

*Ergò non niſi clementes ad imperia ſunt extollendi?* Princ. Chr.

Est etiam hoc periculosum; cùm multi status, nimiâ clementiâ fulti, periclitati sunt. Malum esse dicimus cum imperare, sub quo nemini quicquam licet; Sed pejus, sub quo omnia licent.

WilhLudv. *Quid Cicero in suis officiis de clementia statuit?*

Voluit, mansuetudinem & clementiam ita probari, ut & adhibeatur, Reip. causâ, severitas, sine qua administrari civitas non potest: Omnis autem & animadversio, & castigatio contumeliâ vacare debet: neque ad ejus, qui punit aliquem, aut verbis castigat, sed ad Reip. utilitatem referri: Cavendum est etiam, ne major pœna, quàm culpa sit; Et ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. Prohibenda autem maximè est ira in puniendo: nunquam enim iratus, qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum.

Johan.Frid. *Estne etiam in bello clementiæ locus?*

Sic est; Cicero enim suadet in victoria moderationem adhibendam esse, dum dicit: In evertendis autem ripiendis urbibus illud valdè considerandum, ne quid temerè fiat, nequid crudeliter. Idque viri magnanimi esse rebus agitatis, punire sontes, conservare multitudinem, in omni fortuna retinere recta & honesta.

Wilh.Ludv. *Debent ne adolescentes laude & gloria à parentibus acquisitâ quiescere?*

Adolescentes causam celebritatis & nominis à Parentibus aut fortuna habentes, non saltem Seniorum gloriæ succrescere debent; Sed ad eas laudes, quas à patribus acceperunt, addant aliquam suam. Ut Africanus cumulavit suâ eloquentiâ paternam gloriam bellicam.

Quod

Quod item fecit Timotheus, Cononis filius; qui cum belli laude non inferior fuisset, quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenii gloriam adjecit. His laude non cedit Miltiades Cimonis filius, qui, antiquitate generis, & gloria majorum quidem inclaruit, sed & propriâ modestiâ, unus omnium etiam maximè floruit, teste Cornelio Nepote.

Nam si adolescentes nihil præter paterna, hæreditate saltem ad eos devoluta possideant, quid aliud, quàm alienum & mutuatitium jactare possunt; Ad mentionem autem proprior um animi bonorum erubescunt. Quo hoc nostro seculo nihil frequentiùs, nihil usitatiùs: Quibus tamen Poëta apertè reclamat: Bonum virum virtute, & non sanguine niti decere. Johan. Frid.

*Qui autem propter obscuritatem in ignoratione versantur, quomodo isti ad celebritatem famæ seu honorem emergere possunt?* Wilh. Ludv.

Hîc labor, hîc opus; Fateor locum obscurum ad nominis claritatem atque splendorem curricula non habere, tamen ignobilitatem loci non in totum impedire claritatem nominis; Si modo ad magna spectetur, & ad ea rectis studiis contendatur. Cùm nihil tàm altè natura constituit, quo virtus emiti non possit.

*Quando & quibus studiis Principum nati sunt imbuendi?* Princ. Chr.

Quàm primùm infans fari incipit, Religionis quædam rudimenta inchoanda, quæ crescente ætate exactiùs fovenda. Initium bonæ institutionis à timore Dei, tanquam religionis fundamento ordiendum; Deus enim expresè jussit; Erudimini, qui judicatis terram, & narra-

te filiis, ut & illi deinceps narrent filiis suis in generatione ultimâ.

## Wo wird in den Psalter hiervon gemeldet?

Wilh. Ludv.

Im 78. Psalm. Höre mein Volck mein Gesetze/ neiget eure Ohren zu der Rede meines Mundes. Ich wil meinen Mund auffthun zu Sprüchen / und alte Geschichte aussprechen. Die wir gehöret haben / und wissen/ und unsere Väter uns erzehlet haben.

Daß wirs nicht verhalten sollen ihren Kindern / die hernach kommen / und verkündigten den Ruhm des HERRN/ und seine Macht und Wunder/ die er gethan hat. Er richtet ein Zeugniß auff in Jacob / und gab ein Gesetz in Israel/ das er unsern Vätern geboth zu lehren ihre Kinder. Auff daß die Nachkommen lernten/ und die Kinder/ die noch solten gebohren werden/ wenn sie auffkämen / daß sie es auch ihren Kindern verkündigten.

Princ. Chr.

Daß sie setzten auff GOTT ihre Hoffnung/ und nicht vergessen der Thaten GOttes/ und seine Gebot hielten. Hieraus nun erhellet klärlichen/ was Christliche Eltern/ oder so an deren stat sitzen ihren Kindern sollen für allen Dingen erzehlen. Nemlichen: Wie sie ihnen von Jugend auff/ GOttes Gebohte und Rechte nicht allein sollen fleißig fürbilden und inculciren / sondern auch darneben zeugen/ wie hoch sie Fürstl und Königl. Gebohten/ oder andern Menschen Satzungen fürzuziehen/ (als ie höher GOTT der Schöpffer / denn der Mensch die Creatur/ ie höher sind auch seine Gebohte zuhalten/) wie uns solches fürbildet das Exempel des Jungen Danielis.

Vor-

## Woraus könnet ihr zu Bestärckung solcher herrlichen Meynung sonsten einen locum allegiren.

Princ. Chr.

Aus den 5. Buch Mosis am 6 Cap. Höre Israel/ der HERR unser GOTT ist ein einiger HERR / und du solt den HERRN deinen GOTT lieb haben von gantzen Hertzen/ von gantzer Seelen/ und allen Vermögen. Und diese Worte/ die ich dir heute gebiete / soltu zu Hertzen nehmen. Und solt sie deinen Kindern schärffen/ und darvon reden/ wenn du in deinem Hause sitzest/ oder auff dem Wege gehest/ wenn du dich niederlegest/ oder aufstehest. Und solt sie binden zum Zeichen auff deine Hand / und sollen dir ein Denckmahl für deinen Augen seyn/ und solt sie über deines Hauses Pfosten schreiben/ und an die Thore.

Wilh. Ludv.

Per Moysen denique præcepit Deus, ut Principes legant libros sacros, & eis obtemperent, sintque nutricii veræ & sinceræ religionis; id quod David moriturus, jussit Salomonem filium magnâ solicitudine, ut legis diligentem & fidelem custodiam haberet.

## Wie lautet die letzte Vermahnung des alten Tobiæ an seinen Sohn den jungen Tobiam?

Princ. Chr.

Lieber Sohn/ höre mein Wort/ und behalt sie fest in deinem Hertzen.

Wenn GOTT wird meine Seele wegnehmen/ so begrabe meinen Leib. Und ehre deine Mutter all dein lebelang. Dencke dran/ was sie für Gefahr ausgestanden hat/ da sie dich unter ihren Hertzen trug. Und wenn sie gestorben ist/ so begrabe sie neben mich. Und

dein

dein lebelang habe GOTT für Augen/ und im Hertzen/ und hüte dich/ daß du in keine Sünde willigest / und thust wieder GOttes Geboth.

Von deinen Gütern hilff den Armen / und wende dich nicht von den Armen/ so wird dich GOTT wieder gnädig ansehen.

Wo du kanst/ da hilff den Dürfftigen / hastu viel/ so gib reichlich/ hastu wenig/ so gieb doch das Wenige mit treuen Hertzen.

Hoffarth laß weder in deinen Hertzen/ noch in deinen Worten herrschen/ denn sie ist ein Anfang alles Verderbens.

Wer dir arbeitet / dem gib bald seinen Lohn / und halt niemand seinen verdienten Lohn für.

Was du wilt/ das man dir thue/ das thue einem andern auch.

Allzeit suche Rath bey den Weisen. Und dancke allzeit GOTT/ und bethe / daß er dich regiere/ und du in allen deinen Fürnehmen seinem Wort folgest.

Wilh. Ludv. *Quam hæreditatem Cicero filio suo præcipuè commendavit?*

Gloriam virtutis, dum inquit: Optima hæreditas â patribus traditur liberis, omniqúe patrimoniô præstantior, Gloria virtutis, rerumque gestarum: cui dedecori esse, nefas & vitium judicandum.

Johan. Frid. *Italum tuum etiam hic cites?*

Al padre apartiene instituir bene i figli uoli, & ueder di lasciar li più saggi, che richi, seguendo la sentenza di colui, che disse, se tuo figliuolo sara saggio, & ben creato, egli haurà delle facoltà à bastanza, se sara scioc co, non nè haurà troppo, perche

che à gli sciochi non conuengono le richezze, & quando non siano inchinati alle lettere, non lasci di tenerli continouamente occupati in qualche altro honesto, & Virtuoso esserciti, assicurãdosi, che non vi ha cosa più pericolosa d'un giouane otioso, & si come non si troua frutto sopra quella pianta, laquale non ha prima mostrate le foglie, & i fiori, cosi non conseguira mai nel tempo maturo alcuna riputatione, chi non si sara in giouentù affaticato intorno alla cognitione della disciplina. Ma fra l'altre cagioni del infelice auenimento de figliuoli, ui è quella, quando il padre, non sicura di far loro per tempo alzar gli ochy da terra, ciò è ch'il padre geloso della grandezza del figliuolo, è molte uolte tenuto sollecito nel farlo aprendere le cose di qua giù, che senza ricordarsi, che'l primo fondamento della sapienza è il timore di Dio, non si da alcuno pensiero d'instruirlo nella religione christiana, onde auiene che quel infelice figliuolo imuiato in tutto alle cose del mondo, & priuo del uero lume, smarrisce la dritta strada, & si conduce alla perditione, perche la sapienza del mondo è pazzia in cielo, & è cosa impossibile il Viver bene à chi non conosce Iddio. A questo christiano ricordo s'accostò grandemente un filosofo, gridando contra i padri, i quali mostrano di non sapere quel che si facciano, torcendo il piede quà, & là senza ragione, poscia che mettono tutto lo studio nel far pecunia, & verso i figliuoli, che l'hanno à possedere sono cosi negligenti, che non curano d'insegnare, ò far loro insegnare la giustitia, mediante laquale habbiano à distribuire, & usar dirittamente la loro heredità, onde si puo dire, che facendo questo, si procacciano le cose souerchie & sprezzano le necessarie. Sarebbe dunque necessario che i padri si riuolgessero alla cura

del l'anima & del corpo de' figliuoli, ma perche l'anima è più eccellente sarebbe di ragione, che di quella fussero principalmente gelosi, & questo intendeuano bene i Persi, i quali se ben erano priui della cognitione, & del uero culto di Dio, nondimeno procurauano, che i figliuoli sopra ogn' altra cosa possedessero la giustitia, & la verità.

Johan. Frid. *Vnde idem Romanæ eloquentiæ parens commendationem adolescentiæ proficisci debere voluit?*

A modestiâ, tùm pietate in parentes, tùm in suos benevolentiâ. Est igitur adolescentis majores natu vereri ex hisque eligere optimos, & probatissimos, quorum consilio atque authoritate nitatur, incuntis enim ætatis inscitia, senum constituenda, & regenda prudentiâ est. E contrario hæc ætas maximè arcenda est à libidinibus, exercendaque in labore patientiaque & animi & corporis; ut eorum & in bellicis, & in civilibus officiis vigeat industria. Atque etiam, cum relaxarcanimos, & dare se jucunditati volent, caveant intemperantiam, meminerint verecundiæ. Quod erit facilius, si ejusmodi quoque rebus majores natu interesse velint.

Johan. Frid. *Ast majoribus natu, quid potißimum hic incumbit?*

Adolescentibus animum relaxantibus subinde inspirare & insusurrare, auream hanc sententiam: Ratio præsit, Appetitus verò obtemperet. Vel appetitus obediant rationi; In quo ferè descriptio officii consistit: Et intelligitur omnes appetitus contrahendos, sedandosque, excitandamque esse animadversionem, & diligentiam, ut ne quid temerè, ac fortuitò, inconsideratè, negligenterque agamus. Nam qui appetitus longius evagantur,

gantur, & tanquã exſultantes ſive cupiendo ſive fugiendo non ſatis ratione tenentur, hi ſine dubio finem & modum transeunt. Relinquunt enim & abjiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui ſunt ſubjecti lege naturæ. A quibus non modò animi perturbantur, ſed etiam corpora, quæ tamen exercenda, & ita afficienda, ut obedire conſilio, rationiq́ue poſſint, in exequendis negotiis, & in labore tolerando.

*Quid ulterius Ciceronis arbitratu adoleſcentem commendat?* Wilh. Ludv.

Locorum, temporum & ordinis obſervatio; Talis eſt igitur ordo actionum adhibendus, ut, quemadmodum in oratione conſtanti; ſic in vita omnia ſint apta inter ſe & conuenientia. Turpe eſt enim, valdeq́ue vitioſum, in re ſevera convivio dignum, aut delicatum aliquem in ferre ſermonem. Bene Pericles, cum haberet collegam in Prætura Sophoclem Poëtam; hiq́ue de communi officio convenissent, & caſu formoſus puer præteriret, dixiſſetq́ue Sophocles: O pucrum pulchrum, Pericle! Prætorem, Sophocle, decet, non ſolùm manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere. Atq́ue hoc idem Sophocles, ſi in Athletarum approbatione dixiſſet, juſta reprehenſione caruiſſet.

*Eſtne adoleſcenti adeò neceſſaria obſervatio idoneorum temporum ad agendum?* Johan. Frid.

Maximè: Tanta enim vis eſt & loci temporis: ut, ſi quis, cùm cauſam ſit acturus, in itinere, aut in ambulatione ſecum ipſe meditetur, aut ſi quid aliud attentiùs cogitet, non reprehendatur: at hoc idem ſi in convivio faciat, inhumanus videatur inſcitiâ temporis. Idem eſt ſi quis cantet vel edat in foro, ſaltet in templo, & id genus alia loco & tempori non convenientia.

Johan. Frid. *Censes ne, parva delicta, quæ à multis intelligi non possunt, reprehensionem non mereri?*

Ab his est diligentiùs declinandum: ut in fidibus, aut tibiis, quamvis paulùm discrepent, tamen id à sciente animadverti solet. Sic videndum est in vita, ne fortè quid discrepet: Vel multò etiam magis, quò major, & melior actionum, quàm sonorum, concentus est. Itaque, ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt: Sic nos, si acres, ac diligentes judices esse volumus, animadversoresque vitiorum, magna intelligimus sæpe ex parvis. Ex oculorum obtutu; ex superciliorum aut remissione aut contractione facilè judicabimus, quid ab officio naturaque discrepet. Hîc non præterire volui illud Platonis; A quo cum quidam puer reprehensus, quod aleam luderet, quereretur, & quod ob id tantillum malum objurgaretur: Tùm Plato, ut leve malum sit, inquit, grave tamen malum assuevisse. Si malum malis assuescere; Bonum igitur & bonis assuescere. A teneris assuescere multùm est.

Princ. Chr. *Decetne Præceptores discipulorum vitia emendandi causâ subinde imitari?*

Qui & hoc inficias eat, adhuc se se non obtulit; Nam fit nescio quomodo, ut magis in aliis cernamus, quàm in nobismet ipsis, si quid delinquitur.

Wilh. Ludv. *Quibus signis dignoscuntur bonæ spei adolescentes?*

Isti facilimè, & in optimam partem cognoscuntur, si se ad sobrios, modestos & sapientes viros, bene Reip. consulentes conferant. Quibus cum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum; Exemplo Lælii, qui

qui à patre ita fuit deductus ad Scævolam, sumtâ virili togâ, ut quoad posset, & sibi liceret, à senis latere nunquam discederet. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa breviter & commodè dicta, memoriæ mandavit, fierique studuit ejus prudentiâ doctior.

## Woraus wird diese Meynung/ daß man sich soll zu vernünfftigen und weisen Leuten halten/ recht bekräfftiget? Princ. Chr.

Im 13. Cap. der Sprüchwörter Salomonis. Die Lehre des Weisen ist eine lebendige Quelle/ zu meiden die Stricke des Todes.

Ein guter Raht thut sanfft / aber der Verächter Weg bringet Wehe.

Ein Kluger thut alles mit Vernunfft / ein Narr aber breitet Narrheit aus.

Wer Zucht läst fahren/ der hat Armuht und schande/ wer sich gerne straffen läst/ der wird zu Ehren kommen/ wer mit den Weisen ümbgehet/ der wird weise / wer aber der Narren Geselle ist/ der wird Unglück haben.

## In welchem Capitel werden die Jünglinge durch Disciplin zur Tugend angereitzet/ und von Sünden/ sonderlich der Trunckenheit abgemahnet? Princ. Chr.

Im 23. Capitel. Gib dein Hertz zur Zucht/ und deine Ohren zu vernünfftiger Rede. Laß nicht ab den Knaben zu züchtigen; denn wo du ihn mit der Ruthen häuest/ so darff man ihn nicht tödten. Ruthe und Straffe giebet Weisheit / aber ein Knabe ihme selbst gelassen/ schändet seine Mutter. Züchtige deinen Sohn / so wird er dich ergetzen/ und wird deiner Seelen sanfft thun.

Du

Du häuest ihn mit der Ruthen/ aber du errettest seine Seele von der Höllen. Mein Sohn/ so du weise bist/ so freuet sich auch mein Hertz. Und meine Nieren sind froh/ wenn deine Lippen reden/ was recht ist

Dein Hertz folge nicht den Sündern/ sondern sey täglich in der Furcht des HERRN. Denn es wird dir hernach gut seyn/ und deinen Worten wird nicht fehlen.

Höre mein Sohn/ und sey weise/ und richte dein Hertz in den Weg. Sey nicht unter den Säuffern und Schlemmern. Denn die Säuffer und Schlemmer verarmen/ und ein Schläffer muß zerrissene Kleider tragen. Gehorche deinem Vater/ der dich gezeuget hat/ und verachte deine Mutter nicht/ wenn sie alt wird. Ein Vater des Gerechten freuet sich/ und wer einen Weisen gezeuget hat/ ist frölich darüber. Laß sich deinen Vater und deine Mutter freuen/ und frölich seyn/ die dich gezeuget hat.

Gib mir/ mein Sohn/ dein Hertz/ und laß deinen Augen meine Wege wohlgefallen.

Wilh. Ludv.

## Was wircket denn die Trunckenheit?

Solches Ubel/ so nicht alles zu beschreiben. Denn wo ist Wehe? wo ist Leid? wo ist Zanck? wo ist Klagen? wo sind Wunden ohne Ursach? wo sind rothe Augen? nemlich/ wo man beym Wein lieget/ und kömmet auszusauffen/ was eingeschencket ist. Siehe den Wein nicht an/ daß er so roth ist/ und im Glase so schön stehet/ er gehet glat ein/ aber darnach beist er wie eine Schlange/ und sticht wie eine Otter. Salomonis am 23.

Dieses alles übertrifft diese erschreckliche Sententz. Es soll kein Trunckenbold noch Ehebrecher in das Reich GOttes kommen.

Solchen

Solchen grossen Mißbrauch etwas fürzubiegen/ giebt Salomon im 31. Cap. schöne Vermahnung/ in dem er saget: Gib den Königen nicht Wein zu trincken/ noch den Fürsten starck Getränckе. Sie möchten trincken/ und der Rechte vergessen/ und verändern irgend die Sachen der elenden Leuthe. Gebet starck Getränckе denen die ümbkommen sollen/ und den Wein den betrübten Seelen. Daß sie trincken und ihres Elendes vegessen/ und ihres Unglücks nicht mehr gedencken.

Thue deinen Mund auff für die Stummen/ und führe die Sache aller/ die verlassen sind. Thue deinen Mund auff/ und richte recht/ und räche den Elenden und Armen; Item/ im 20. Capitel/ Der Wein und starck Getränckе (verstehe in stetigen Vberfluß getrunken) machet wilde/ wer darzu Lust hat/ wird nimmer weise. Item/ wer gern in Wohllust lebet/ wird mangeln/ und wer Wein und Oele liebet/ wird nicht reich.

*Ad mores ut redeamus; Quid Cicero de decoro in ornatu & gestu motuq; corporis statuit?* Johan. Frid.

Dixit; duo genera esse pulchritudinis: Unum in venustate, alterum in dignitate positum. Venustatem muliebrem, dignitatem virilem duxit. Cui suffragatus est Alexander Magnus, qui nativâ & genuinâ venustate corporis excellens, cultum omnem aspernatus est; dictitans, anxiam formæ curam fœminis convenire, quæ nulla alia dote æquè commendarentur: Si virtutis potiri contigisset, satis se speciosum fore.

*Formæ autem dignitas quo modo est comparanda vel comparata tuenda?* Wilh. Ludv.

Cicero suadet, formæ dignitatem coloris bonitate tuendam: colorem exercitationibus corporis. Cui iterum

iterum assensus est modò dictus Alexander; qui exercitationibus crebris & calidissima corporis temperie, adeò quidquid vitiosi humoris, sub cute colligi solet, expugnavit, ut non solùm suavem ex ore membrisque exhalaverit odorem, verùm etiam cutem habuerit candidam, in malis itemque pectore, grato rubore suffusam.

Princ. Chr. *Ergò nulla mundities est adhibenda?*

Est, modo non odiosa & nimis exquisita, tantùm quæ fugiat agrestem, & inhumanam negligentiam.

Princ. Chr. *Quid de vestitu?*

Eadem ratio est habenda vestitus: In quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est; quam mediocritatem caligæ modernæ nimis sollicantes in excessum commutant.

Wilh. Ludv. *Quid de gressu?*

Cavendum est itidem, ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur: Aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. **Nach dem deutschen Sprichwort: Einherlauffen/ wie ein Schuster/ so den Marckt versäumet.**

Princ. Chr. *Ex quibus studiis oritur præcipua nobilis adolescentiæ commendatio?*

Ex duplicibus, nimirùm rebus bellicis & rebus animi, **das ist nach Teutscher Mannier zu sagen/ durch das Schwerd und durch die Feder.**

Wilh. Ludv. *Quid intelligis per res animi?*

Virtutes leniores, in quibus est prudentia longò rerum usu, seu literis acquisita, ex qua bona consilia nascuntur; ne temeritate in acie versemur, & manu cum hoste confligamus, quod immane & belluarum simile.

*Vtri*

*Vtri palmam adjudicas?*

Joh. Fred.

Ex Ciceronis ſuffragio, illam etiam ad judico REBUS animi, ſeu domeſticiæ fortitudini; in qua etiam plus operæ ſtudiiq; ponendum; Et hæres, quas perſequimur ingenio & ratione, graviores ſunt, quàm illæ, quas viribus. Inſuper notum eſt, omne honeſtum, quod ex animo excelſo, magnificoque quærimus, animi effici, non corporis viribus. Inde magis expetenda decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo, adhanc demum confugiendum, ſi illa uti non licet. Bono conſilio etiam ſæpe aut non ſuſcepta aut confecta bella ſunt, nonnunquam utiliter illata. Exemplo ſint Themiſtocles & Solon, quorum ille clariſſimâ ſua victoriâ Salaminia ſemel profuit civitati; Hic autem, qui Arcopagitas conſtituit, ipſum Themiſtoclem conſilio adjuvit, & leges patriæ & majorum inſtituta ſervavit.

Wilh. Ludv.

Nec ſuâ laude privandi ſunt plurimi Lacedæmoniorum & Athenienſium præclari & manu ſtrenui viri ac Duces, ex tuis lectionibus Cornelii Nepotis noti, quorum dexteritate in bellis gerendis, patria tyrannide oppreſſa, utut liberata fuit, ne minima tamen ex parte Lycurgi legibus & diſciplinæ conferendi. Pluribus hujus demonſtrationi ut immorer, non ê re duco. Cicero ipſe fatetur: Conſiliis, diligentiâque ſua celeriter & de manibus audaciſſimorum civium delapſa arma ipſa cecidiſſe.

Et Cornelio Nepote teſte: Xerxen magis victum conſilio Themiſtoclis, quàm armis Græciæ. Paucis ut complectar: Parva ſunt arma foris, niſi eſt conſilium domi. Salomon ſaget im 24. Cap. Mit Rath muß man Krieg führen/ und wo viel Rathgeber ſind / da iſt der Sieg.

Princ. Chr. *Cùm commendatio adolescentiæ etiam ex rebus bellicis oriatur; Quæritur, adversus quem arma sint suscipienda?*

Nam contra patriam, aut principes legitimos, quo in genere natio germanica (proh dolor) nulli est secunda; sed adversus Turcas, & alios christiani nominis infensos & juratos hostes. Nam fortitudo, quæ per bella tuetur patriam à Barbaris, vel defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena justitia est. Vir etiam bonus, non dubitet pro patria mortem oppetere, si sit ei profuturus; exemplo Marci Curtii se se pro patriæ salute in terræ barathrum, quasi, in infernum præcipitantis. Ideoque Christianorum, inprimis Germanorum immanitas est eò detestabilior, qui lacerant omni scelere patriam, & in

Wilh. Ludv. eâ delendâ sæpè occupati sunt. Quibus oppona Themistoclem ethnicum, quem virtus sua militaris Persarum victorem, injuria verò patriæ illorum imperatorem fecerat; Iste nimirùm invidiâ civium exul ad Artaxerxen Athenienſium hostem confugerat, à quo cùm tandem compelleretur, invitus adversus patriam pugnare, ab ea oppugnanda tamen abstinuit, dum instituto sacrificio exceptum paterâ tauri sangvinem hausit: Et ante ipsam aram, quasi quædam pietatis clara victima concidit.

Princ. Chr. *Quodnam bellum tu appellas justum?*

Quod aut rebus repetitis geritur, aut denunciatum antè est, & indictum. Antequam autem indicatur, non saltem quis consideret, quàm justum sit bellum, quod gerendum est; sed etiam ut habeat efficiendi facultatem; nimirum in omnibus negotiis ac periculis, adhibeat præparationem diligentem, priusquam aggrediatur.

Quem

*Quem in finem bellum suscipiatur?* Wilh. Ludv.

Ut nihil aliud, quàm pax quæsita videatur, & sine injuria in pace vivatur. Nam apertum bellum paci insidiosæ semper præferendum, ne bellandi seu periculi fugâ imbelles timidique videamur. Nemo desperet propter ignaviam; aut nimis confidat propter gloriæ cupiditatem. Cicero statuit, nihil stultiùs esse posse, quàm se offerre periculis sine causâ, in quibus verò adeundis Medicorum consuetudinem esse imitandam, qui curant leniter, ægrotantes leviter. Coguntur autem adhibere curationes periculosas & ancipites morbis gravioribus. Quare in tranquillo optare tempestatem adversam, est dementis, subvenire autem tempestati quavis ratione, est sapientis; eoque magis, si adipiscare plus boni re explicatâ quàm addubitata mali.

*Quid ulterius adolescentem commendat?* Johan. Frid.

Oratio, vulgò dicta comitas & affabilitas, quæ difficile dictu est, quantoperè conciliet homines. Magna est enim admiratio copiosè sapienterque dicentis: quem qui audiunt, intelligere etiam & sapere plùs, quàm cæteros arbitrantur. Si verò inest in oratione mista modestiæ gravitas, nihil admirabilius fieri potest, eoque magis, si ea sunt in adolescente.

Cui & Philippus Rex Macedoniæ in suis literis ad filium Alexandrum, annuit, in quibus illi præcepit, ut oratione benignâ multitudinis animos ad benevolentiam alliceret, militesque blando appellando sermone delinire disceret. Quod etiam, Curtio teste, Alexander summâ cum admiratione effectum dedit: dum agmini subindè obequitando, variàque oratione, ut cujusque animis aptum fuit, milites obstrepentes alloquendo, mirificè in sui benevolentiam traxit.

Imò tantùm in dicendo valuit, ut milites potiùs oratione, quàm gladiô in sui obsequium inducere potuerit. Ut patet ex orationibus variis, quas memoriæ prodidi, inprimis eâ. quâ, exercitum renitentem Gangem maximum totius Indiæ fluminum transire, ob Elephantorum immanitatem, hostiumque atrocium copiam, prolixè ad laborum perseverantiam adhortatur. Itaque milites jussos rerum naturam probè perspicere, antequàm aliquid certi de ea constituerent, allocutus est hunc in modum: Non ignoro, milites, multa, quæ terrere vos possent, ab incolis Indiæ per hos dies de industriâ esse jactata. Sed non est improvisa nobis mentientium vanitas. Sic Ciliciæ fauces, sic Mesopotamiæ campos, Tigrim & Euphratem, quorum alterum vado transivimus, alterum ponte, terribilem fecerant Persæ. Nunquam adliquidum fama perducitur: Omnia, illa tradente, majora sunt vero. Nostra quoque gloria cum sit ex solido, plus tamen habet nominis, quàm operis. Modo quis belluas offerentes mœnium speciem, quis Hydaspen amnem, quis cætera auditu majora quàm vero, sustinere posse credebat? Olim Hercule fugissemus ex Asia, si nos fabulæ debellare potuissent. Creditisne Elephantorum greges majores esse, quàm usquam armentorum sunt? Cum & rarum sit animal, nec facilè capiatur, multoque difficilius mitigetur. Atqui eadem vanitas copias peditum equitumque numeravit. Nam flumen quo latius fusum est, hoc placidius stagnat; Quippe angustis ripis coercita, & in angustiorem alveum clisa, torrentes aquas invehunt: Contra spatio alvei segnior cursus est. Præterea in ripa omne periculum est, ubi applicantes navigia hostis expectat. Ita quantumcunque flumen intervenit, idem futurum discrimen est evadentium

dentium in terram. Sed omnia ista vera esse fingamus. Utrumne vos magnitudo belluarum, an multitudo hostium terret? Quod pertinet ad Elephantos præsens habemus exemplum in acie cum Poro: in suos vehementiùs, quàm in nos incurrerunt. Tàm vasta corpora securibus falcibusque mutilata sunt. Quid autem interest, totidem sint, quot Porus habuit, an tria millia; cum uno aut altero vulneratis, cæteros in fugam declinare videamus? Deinde paucos quoque incommodè regunt: Congregata verò tot millia ipsa se elidunt, ubi nec stare, nec fugere potuerint in habiles vastorum corporum moles. Equidem sic animalia ista contempsi, ut cum haberem, ipse non opposuerim; Satis gnarus, plùs suis quàm hostibus periculi inferre. At enim equitum peditumque multitudo vos cõmovet? Cum paucis enim pugnare soliti estis, & nunc primum inconditam sustinebitis turbam! Testis, adversus multitudinem invicti Macedonum roboris Granicus amnis, & Cilicia inundata cruore Persarum, & Arbella, cujus campi devictorum à nobis ossibus strati sunt. Sero hostium legiones numerare cœpistis, postcaquam solitudinem in Asia vincendo fecistis. Cum per Hellespontum navigaremus de paucitate nostra cogitandum fuit. Nunc nos Scythæ sequuntur, Bactriana auxilia præstò sunt. Dahæ Sogdianique inter nos militant. Nec tamen illi turbæ confido. Vestras manus intueor, vestram virtutem, rerum, quas gesturus sum, vadem prædemque habeo. Quamdiu vobiscum in acie stabo, nec meos, nec hostium exercitus numeravero. Vos modo animos mihi plenos alacritatis & fiduciæ adhibete. Non in limine operum laborumque nostrorum stamus. Pervenimus ad solis ortum & oceanum, nisi obstat ignavia: Inde victores,

ctores, perdomito fine terrarum, revertemur in patriam. Nolite (quod pigri agricolæ faciunt) maturos fructus per inertiam amittere è manibus. Majora ſunt periculis præmia, dives eadem & imbellis eſt regio. Itaque non tàm ad gloriam vos duco, quàm ad prælium. Digni eſtis, qui opes, quas illud mare litoribus invehit, referatis in patriam. Digni qui nihil inexpertum, nihil metu omiſſum relinquatis. Per vos, gloriamque veſtram, quà humanum faſtigium exceditis, perque & mea in vos, & in veſtra merita, quibus invicti contendimus, oro, quæſoque, ne humanarum rerum terminos adeuntem, alumnum commilitonemque veſtrum, ne dicam, Regem deſeratis. Cætera vobis imperavi, hoc unum debiturus ſum. Et is vos rogo, qui nihil unquam vobis præcepi, quin primus me periculis obtulerim, qui ſæpe aciem clypeo meo texi, ne infringeretis in manibus meis palmam, quâ Herculem, Liberumque Patrem, ſi invidia abfuerit, æquabo. Tandem poſt Cœni reſponſionem, cùm viderent milites ſe parvo impendio immortalitatem famæ, ſuo Regi gloriam ſitienti, dare poſſe, alacriter conclamant, duceret diis ſecundis, quo vellet, & æquaret gloriâ quos æmularetur.

Wilh. Ludv. *Cùm hîc in Alexandri mentionem inciderimus, libet adhuc quærere, quid eum ad tantum honoris faſtigium evexerit?*



Virtu-

Virtutes, dubio procul ab Aristotele suo præceptore apprehensæ.

*Quis impulit Alexandrum, ut sub Aristotelis informatione tàm gravam operam literis daret?* Wilh.Ludv.

Partim proprius genius, in primis autem pater Philippus; qui satis gnarus, quantum Epaminondæ commercium sibi profuisset, quantoque plura eloquentiâ, quàm vi confecisset. Itaque summa cura incubuit, ut filius à tenera statim ætate liberalium artium studiis probè imbueretur, ne mox multa committeret, qualium causa ipse pudore, & pœnitentia angeretur.

*Morem ne gessit Filius Patri?* Johan.Frid.

Hoc patet ex literis ad Aristotelem scriptis, in quibus non omisit magistrum venerari, crebroque compellare hominem, item non modò disciplinarum arcana, verùm etiam morum remedia petere.

*Quid autem Aristoteles respondit?* Wilh.Ludv.

Quod fidelis præceptor, morbi discipuli, ut sic loquar, optimè gnarus, respondere debet. Nimirum ea, quibus ipsius atque subditorum felicitati consultum opinabatur, his verbis: meminisset, tantam ipsi concessam esse potentiam, ut prodesset hominibus, non ut eos læderet. Iræ quoque, in quam maximè præcipitem noverat, modum poneret: Neque enim iracundum inferioribus; Parem autem ipsi esse neminem.

Quasnam

Johan. Frid. *Quasnam virtutes Alexander Aristotelis auspiciô sub Regiminis sui initium amplexus est?*

Fermè omnes; ut puta virtutem heroicam, magnanimitatem, magnificentiam, fortitudinem, temperantiam, liberalitatem, prudentiam, justitiam & mansuetudinem.

De quibus omnibus Q. Curtius, historicus probus & legitimus, si quisquam fuit, satis accuratè & eleganter scripsit. Fortitudinem ejus obsidio Tyri nobilitavit. Continentiam autor, libro tertio hunc in modum commendavit:

Alexander fortunam orientem adeò moderatè & prudenter tulit, ut omnes ante eum Reges, & continentiâ & clementiâ vincerentur: Virgines & reginas excellentis, formæ, tàm sanctè habuit, quam si eodem, quo ipse, parente/genitæ forent. Conjugem Darii, quam nulla ætatis suæ pulchritudine corporis vicit, adeò ipse non violavit, ut summam habuerit curam, ne quis captivo corpori illuderet. Itaque Sysigambis, Rex, inquit, mereris ut ea præcemur tibi, quæ Dario nostro quondam precatæ sumus: & (ut video) dignus es, qui tantum Regem non felicitate solùm, sed etiam æquitate superaveris. Mansuetudinem quod attinet, videmus illius notam maximam in libro quinto expressam, dum Sysigambim etsi captivam, omni honore, imò etiam filii pietate prosecutus est; quæ cum vestes Macedonicas & purpuram ab Alexandro, cum admonitione ut & suas Neptes tantum opus conficere assuefaceret, oblatam, in contumeliam more Persarum accepisset; Digna res excusatione & solatio Alexandro visa est. Ipse ergô pervenit ad eam, &, Mater (inquit)

(inquit) hanc vestem, quâ indutus sum, sororum non solùm donum, sed etiam opus vides. Nostri decepere me mores. Cave, obsecro, in contumeliam accipias ignorationem meam. Quæ tui moris esse cognovi, ut spero, abundè servata sunt. Scio apud vos filium in conspectu matris nefas esse considere, nisi cùm illa permisit: Quotiescunque ad te veni, donec ut considerem annueres, restiti. Procumbens venerari me sæpè voluisti, inhibui. Dulcissimæ matri Olympiadi nomen debitum, tibi reddo.

Clementiam hujus] Monarchæ extollit autor libro 9. ubi Alexander suos milites ad urbem validam, aliquoties antè, ut se dederet, frustrà monitam, induxit. Quâ tandem captâ, belli auctoribus jure irasci poterat, tamen omnibus venâ datâ, & obsidibus acceptis, ad proximam deinde urbem castra movit. Obsides ducebantur ante agmen: Quos cùm è muris agnovissent, ut pote gentis ejusdē, in colloquiū convocaverunt. Illi clementiam Regis simulque vim cōmemorando, ad deditionem illos compulêre: Cæterasque urbes simili modô deditas in fidem accepit. Inde in regnum Sophitis penetravit, de cujus moribus hæc pauca recensere non abs re duxi. Gens, ut Barbari istius loci, sapientia excellit, bonisque moribus regitur: Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt aluntque: Sed eorum, quibus spectandi infantium habitum cura mandata est. Si quos segnes aut aliqua membrorum parte inutiles notaverunt, necari jubēt. Nuptiis coëunt, non genere ac nobilitate conjunctis, sed electâ corporum specie: quia eadem æstimatur in liberis.

Ad rem ut redeam; non præteribo aliud adhuc exemplum, de Alexandri Clementia & liberalitate, ex fine

libri Octavi, notatu dignissimum. Quod cum sæpè à me audiveris, Princeps Christiane, quæso, ut & illud recensere non molestè feras.

Princ. Chr. Alexander, cum captivum Porum, aliàs virum manu maximè strenuum, miserrimis modis telis undique confossum, adhuc allevantem oculos vidit, non odio, sed miseratione commotus; Quæ malum, inquit, amentia te coëgit, rerum mearum cognita fama, belli fortunam experiri, cum Taxiles esset in deditos clementiæ meæ tàm propinquum tibi exemplum? At ille, quoniam, inquit, percontaris, respondebo câ libertate, quam interrogando fecisti. Neminem me fortiorem esse censebam. Meas enim noveram vires, nondum expertus tuas: fortiorem esse te, belli docuit eventus. Sed ne sic quidem parùm felix sum, secundus tibi. Rursus interrogatus, quid ipse victorem statuere debere censeret: Quid hic, inquit, dies tibi suadet, quo expertus es, quam caduca felicitas esset. Plus monendo profecit, quàm si precatus esset. Inde Alexander magnitudinem animi Pori interritam, ac ne fortunâ quidem infractam, non misericordia modô, sed etiam honore excipere dignatus est. Ægrum curavit haud secus, quam si pro ipso pugnâsset. Confirmatum, contra spem omnium, in amicorum numerum recepit. Mox donavit ampliore regno quàm tenuit. Hic vincere, & cónsulere victis scivit.

Johan. Frid. *Quid de eo dicendum habes?*

Quod nec minùs specimen humanitatis & clementiæ de se prodiderit libro tertio. Ubi Reginæ, mater & uxor Darii Hephæstionem Regem ratæ, suô more venerarentur, & ex spadonibus captivis; quis Alexander esset monstrantibus, Sysigambis Regis pedibus advoluta, Igno-

Ignorationem nunquam anteà visi Regis excusaret; Rex illam manu allevando, non errásti, inquit, mater; nam & hic Alexander est. Qui, si hæc ingentia animi bona, illam indolem, quâ omnes Reges anteceſſit, illam in ſubeundis periculis, in rebus moliendis efficiendisque velocitatem, in deditos fidem, in captivos clementiam, in voluptatibus permiſſis quoque & uſitatis temperantiam, haud tolerabili vini cupiditate non fœdâſſet, ſed hac continentia animi, ad ultimum vitæ perſeverâſſet; feliciorem fuiſſe crederem, quàm vitus eſt eſſe, cum Liberi Patris imitaretur triumphum, ab Helleſponto usque ad Oceanum omnes gentes victoriâ emenſus.

Itaque ex his patet, quod, quamdiu hic incomparabilis domitor mundi, vitæ morumque inſtitutis ſuis inhæſit, magnum & memorabilem regem egit, impetu autem quodam, & velut torrente fortunæ convulſus & mutatus, priſtinam animi moderationem paulatim exuit.

*Multa cum jam honorificè de virtutibus Alexandri dixeris, præſertim de ejus eloquentia; Libetne aliud eloquentiæ exemplum in medium proferre?* Wilh. Lud.

Libet, & quidem Neſtoris; qui non latum unguem (ut dici ſolet) eloquentiâ illi ceſſit; Nam ex lingua ejus, dulcior melle, ſecundum Homerum fluxit oratio. In cujus teſtimonium citetur magnus ille Dux Græciæ Agamemnon, qui nunquam optavit, ut Ajacis ſimiles habeat decem; at ut Neſtoris; qui ſi obtigiſſent, non dubitavit; quin brevi ſit Troja peritura.

Wilh.Ludv. *Wilhelme, habesne viri eloquentis exemplum in tuo Cornelio Nepote?*

Habeo; Et quidem in Alcibiade: Qui postquam Asty venit, sic verba fecisse dicitur, ut nemo tam ferus fuerit, qui non ejus casum lacrymârit, inimicumque se ostenderit his, quorum operâ patriâ pulsus fuerat, proinde ac si alius populus, non ille ipse, qui tùm flebat cum sacrilegii damnâsset. Imò adeò fuit disertus, ut in primis in dicendo valuerit, tantaque fuerit commendatio oris, atque otationis, ut nemo ei dicendo potuerit resistere.

Johan.Frid. *Quid dicis de istis, qui his egregiis eloquentiæ donis abutuntur?*

Quid dicam, nisi quod nihil tàm inhumanum, quàm eloquentiam, à natura ad salutem hominum, & ad conservationem datam, ad bonorum pestem perniciemque convertere? Nec tamen, ut hoc fugiendum est, item habendum est religioni contrarium, nocentem aliquando, & nefarium, impiumque defendere.

Wilh.Ludv. *Quô pactô censes eloquentiam posse acquiri?*

Artibus sermonis: nimirum, Grammaticâ, Rhetoricâ, Poësi, & tandem crebrâ exercitatione dicendi.

Johan.Frid. *Ergò nulli unquam exstiterunt oratores, nisi his virtutibus adjuti?*

Extiterunt quidem, naturæ ipsius habitu propè divino, facundi & eloquentes, sed rari. Ad eximiam naturam autem, cùm accesserit ratio quædam, conformatioque hujus doctrinæ, tùm nescio, quid magis præclarum & singulare possit existere.

*Sed inter naturam & artem Oratoris quid interest?*

Natura

Natura in dicendo quidem est copiosa, sed ut plurimùm confusa. Ars autem, concinnè, aptè & dispositè res dicendas proponit. Wilh. Ludv.

*Circa quid versatur Grammatica ex Lectione Comenii?* Princ. Chr.

GRAMMATICA versatur circa literas, ex quibus componit voces (verba) easque docet rectè eloqui, scribere, construere, distingvere, (interpungere.)

*Quid Rhetorica?* Princ. Chr.

Illa pingit quasi rudem formam sermonis, Oratoriis pigmentis; ut sunt: figuræ, elegantiæ, adagia (proverbia) apophthegmata, sententiæ (gnomæ) similia, hieroglyphica.

*Quid Poësis?* Princ. Chr.

Hæc colligit hos flores orationis, & colligat quasi in corollam; Atque ita, faciens è prosâ ligatam orationem, componit varia carmina & hymnos (odas) ac propterea coronatur lauro.

*Quid* Musica *tractat?* Princ. Chr.

Illa componit notis melodias: quibus verba aptat, atque ita cantat, vel voce solâ; vel concentu; vel instrumentis Musicis.

*Quid tuus Cicero de sermonis decoro præcipit?* Wilh. Ludv.

Multa.

I. Sermo sit levis, minimeque pertinax.
II. Insit in eo lepos.
III. Vicissitudine utatur, ne excludat alios, tanquam in suam possessionem venerit.
IV. Sit rebus accommodatus.
V. Ne indicet vitium in moribus, quod fit, cùm maledicus es.

VI Ne aberret à propoſito.
VII. Habeat delectationem.
IIX. Ut incipiendi ratio fuerit, ita deſinendi ſit modus.
IX. Fugiat motus animi nimios.
X. Adhibeat reverentiam in eos, qui adſunt.
XI. In objurgando caveat iram.
XII. Vitet jactantiam Thraſonicam.

Johan. Frid. *Quid tuus Gwazzius de oratoris geſtu & verborum ornatu ſentit?*

L'attione eſterna del eloquenza deue procedere l'interna, in modo che ſi poſſa ſcoprirla non ſolamente per mezo d' una dolce, graue, polita & diſtinta favella, ma che per le ſeneſtre degli ochy, & per la chiarezza della fronte, & per la candezza de' geſti ſi ſcopra à dentro i grati affetti, accioche non meno con l'una che con l'altra parte ſi poſſano guidar i cuori auunque ſi vuole, perche molti ſono tenuti eloquenti per alcune, ô per una ſola delle parti della Retorica, ilche ſi conferma con l'eſſempio di Apuleio, ilquale fù giudicato eloquentiſſimo, per l'aſpetto, per li geſti, & per la deſtrezza della perſona, con le quali parti, piene di gratia, allettaua più gli aſcoltanti, che con la copia delle parole, ſi dice anco che Hortenſio metteua più ſtudio nella coltiuatione della ſua persona, che nell' iſteſſa eloquenza, in maniera, che non ſi ſapeua ſe gli huomini correſſero più volontieri à riguardarlo, che ad aſcoltarlo tanto ſi confaceuano le parole con l'aspetto. & l'aspetto con le parole.

Wilh. Ludv. *Ne & noſtra Colloquia Helvici, quibus explicandis hactenus operam dedimus ſilentio prætereamus*

*tereamus: Velim ex iis unum caput, institutum inter Pædagogum & puerum, de moribus informandis hîc repetas?*

Princeps in Pædagogi persona dicit: Tu mihi videre non in aula natus, sed in caula, adeò moribus es agrestibus.

Puerum ingenuum decent ingenui mores.

Quoties alioquitur te quispiam, cui debes honorem, compone te in rectum corporis statum: Aperi caput, vultus sit nec tristis, nec torvus, nec impudens, nec protervus, nec instabilis, sed hilari modestia temperatus.

Oculi verecundi, semper intenti in eum, cui loqueris:

Juncti pedes, quietæ manus. Nec vacilles alternis tibiis, nec sint gesticulosæ manus, nec mordeto labrum, nec scabito caput, nec fodito aures.

Vestis item ad decorum componatur, ut totus cultus, vultus, gestus & habitus corporis ingenuam modestiam, & verecundam indolem præ se ferat.

Puer: Quid si mediter? Pæd. fac. Pu. quid si sic. Pæd. propemodum. Pu. quid si sic? Pæd. Hem satis est: Istud tene. Ne sis ineptè loquax, aut præceps: nec vagetur animus interim, sed sis attentus, quid ille dicat.

